

Ung

H-184.

Ocagouilia H-184.
potissim in carmina gratul.

vol. 2A 25-
(Cappaiana u. aliis segregata)

intra pectus. ~~184a~~ 184a.)

Zech
62

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
DN. BERNHARDO
ZECHIO,
Potentissimi Regis Poloniae, et Se-
renissimi Electoris Saxoniae
CONSILIARIO SANCTIORI, etc.
CVM FILIO,
Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimoque
DNO. LVDOVICO
ADOLPHO,
I. V. Doctori dignissimo, et Senatorii Ordinis
Viro in inclita Civitate Lipsiensi gravissimo
prudentissimoque,
Virginem ornatissimam, sexusque elegantioris laude
florentissimam
IOANNAM CHARITATEM
Amplissimi, Prudentissimique
DN. CHRISTOPHORI GEORGII
VVINCKLERI,
De Lipsiensi curia meritissimi,
FILIAM
in matrimonium collocaret,
Gratulationis officium cum observantia
persolvit
ACADEMIA VITEMBERGENSIS.
VITEMBERGAE, PRAELO CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.





Xoptata dies , hymenaeo laeta se-
cundo,
Exoritur mundo , Zephyris adiuta-
benignis.

Qua se Veris honos vestit, camposque coronat
Flora rosis, passim quac gratos afflat odores,
Et foecunda sinus pandit cultoribus horti
Ipsa suos, geminum fidus quum Delius intrat,
Ac roseo vectus curru fulgentis Olympi,
Vim reddit terris, ut Paeonis herba rubentem
Induat in florem fese, calycesque recludat.
Par regnum cum Sole tenet pius ardor amoris,
Et quamvis nitido nunquam resplendeat astro,
Sollicitare tamen superos, et flectere divos
Castus amor potuit iaculis armatus et arcu.
Traxit in obsequium fortes, Tirynthius heros
Cessit Acidaliae blandus studioque placendi,

Cum

Cum versaret amor pectus, leniret ut ignes,
Qvos natura foveat, magno servatqve paratu.
ZECHIADES sponsus, ne postera nesciat actas,
Iunoni votiva studet sua figere dona,
Dum rident campi Zephyris spirantibus omnes,
Firmaque procurrit spatiis vivacibus actas.
Eligitur Virgo, Vincklerae gloria gentis,
Qvam virtus decorat, tingit rubor ora genas
que,
Et coma Callaicos specie supereminet auro.
Plaudit amica Venus, festivo murmure lacta.
Felices animae, qvas copula iungit amore,
Qvas stabili firmat dulcis concordia nexu,
In qvo rara fides semper sine fine manebit.
Perversus valeat thalami desertor Iason,
DÉianira procul sit non felicibus ausis,
Qvo ducant ambo tranquila per otia vitam,
Et tessellatis dein ludat parvula cunis
Proles, quae tribuat magnae solatia genti,
Nectareosque toro fundat dilecta liquores.
Tum referat patriae laudes utriusqve parentis,
Reddat et ingenuos ex tanto sanguine mores,
Illustris Genitor (subit admiratio mentem)

Seros

Seros in columnis videat de stirpe Nepotes,
Atque nurum cernens tollat fastidia vitae,
Et relevet gravibus, quae laedunt, pectora curis,
Consilio prudens dexterque Senator in Aula
Magnanimi Regis, quem nulla pericula terrent.
Est Cato Saxonicus, cuncto memorabilis aevi,
ZECHIVS in recto consistens tramite Consi.
Qui datus afflictis patriae succurrere rebus,
Praesidium Musis afferit trepidantibus ultro,
Vota, preces, questus nunquam dimittit inanes.
Ergo Pierides pia mentis praemia solvunt,
Officiique fidem servant in pectore firmam,
Quando pari studio laudantque coluntque Pa-
tronum,

Atque Lodoico, Ianae CHARAEQUE precantur
Munera, quae thalamo veniant redeuntibus an-
nis.

Sic mulcebit Avum multorum turba Nepotum,
Qui similes animis, clavum fascesque tenebunt,
Et famam factis extendent orbe perennem.

• s (o) s •

Wenzel 184

KDNP
KDP



ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
ON BERNHARDO
CHIO,

egis Poloniae, et Se-
Electoris Saxoniae
IO SANCTIORI, etc.

VM FILIO,
sultissimo, Amplissimoque
VDOVICO
DOLPHO,

ssimo, et Senatorii Ordinis
ivitate Lipsiensi gravissimo
dentissimoque,
m, sexusque elegantioris laude
rentissimam

I CHARITATEM
ti, Prudentissimique
DOPHORI GEORGII
NCKLERİ,

si curia meritissimi,

FILIAM

monium collocaret,

Gratulationis officium cum observantia

persolvit.



ACADEMIA VITEMBERGENSIS.

VITEMBERGAE, PRAELO CHRISTIANI SCHROEDERI, ACAD. TYP.